

Ex pretio gratiam, ut ex pretio solvendo veluti de fado, ac vota legis gratia ex pretio soluto, & hac est una ex precipuis differentiis, quam assignant Theologi, qui dicunt Sacramenta veteris Legis causare gratiam ex opere operato, quos supra retuli n. 122. dicunt antiqua ex pretio solvendo, nostra vero gratia ex pretio soluto; quod est nobilior operandi modus.

161. Tertia differentia, quia ille status antiquus extitit primum fundamentum, & delineamentum aedificii regulatis, postea venit supremus artifex, ac Architectus Christus D. qui eum perfecit, & absolvit tribuens ei vivos, & absolutos colores sua presentia, doctrina, ac exemplo, & ad summam perfectionem elevans, ac illustrans.

Prima linea-
menta.

SECTIO XII.

Successio hereditaria absque ulla interruptione perseveravit in familia Carmelitana ab Elia usque ad Christum D.

162. Succ-
sio-
dit
con-
tinua-
tio-
nem.

Summi Pontifices Xistus IV. Gregorius XIII. dicunt Carmelitas habere successionem hereditariam ab Elia. Illa verba succ-
sio hereditaria ex suo formali significato indicant quandam continuationem, generationemque spirituales ad instar generationis naturalis sine interruptione; hoc importat verbum successio. Probo ex Sacra Scriptura. Mandavit Deus, ut in Tabernaculo esset semper Lucerna, ad cuius custodiam ordinavit, ut filii Aaron vigilarent noctu, dieque, & ait Textus Exod. 27. n. 31 Perpetuus erit cultus per successiones eorum a filiis Israél. Explicat Beda, Secundum ordinem suum, tamquam per stationes militares succedentes quidam alii ut vigilia esset continua, & nunquam deficeret, & eodem sensu mandavit Deus fieri labrum aneum, ut antequam Aaron, & filii eius ingrederentur Tabernaculum, lavarent manus, & pedes, & ait Textus, Et hoc legitimum sempiternum erit ipsi & semini ejus per successiones, Exod. 30. n. 21. Erat illud perpetuum, & perenne per cunctas generationes sine ulla interruptione; sic & dicitur de Achior & filiis, quod observabat ritus judaicos per successiones, Judith. 14. n. 6. dicitur in presenti ab Elia restitutore usque ad Christum.

Exod. 27.

Beda.

Exod. 30.

Judith. 14.

163.

Ex lectio-
nibus.

164.

Iai. 32.

Joseph
Andreas.

D. Bern.

4. Reg. 2.

liam. Et erit opus iustitia pax: Ex tanta iustitia, ac virtute fiet pax generans animos concordet, & securitas conscientiae cum silentio sine ulla contradictione, Carthusian ait, Hac videmus in Clausuralibus precipue adimpleri, qui in observatione silentii cultum iustitia statum, & subdit, per longum nempe, & diuturnum tempus.

Probatur tertio ex illo Cantic. 4. n. 1. Ubi sic dicitur, Capilli tui sicut greges caprarum, qua apparuerunt de Galaad. Et quamvis communis consensus Patrum intelligat hic per capillos veret, & perfectos Religiosos, tamen D. Gregor. Nilfenus homil. 7. in Cantic. Rupert. lib. 4. in Cantic. Gilbert ferm. 22. Abbas Vvioletus, Grilherius, Cornel. in secundo sensu. M. Alphonus de Flores ad cap. 24. Eccles. p. 3. sect. 36. n. 1663. ex sacra Societate J. su intelligunt particulariter filios Eliae; quia ipse eorum Dux, & Princeps erat ex Galaad, Dixit Elia Theobites de habitatoribus Galaad, ut ait D. Gregor. Nilfen citat. Quia longo tempore versatus est in Galaad, & subditur, sicut grex caprarum; nam Elia pellibus caprinis in iacebatur iuxta illud Apostoli, Circueverunt in melioris pellibus caprinis, & dicitur, Qua apparuerunt; quia ut ait Rupertus Recte dicuntur apparuisse; quia iam illius institutor eorum Elia, sic repente illic introducit ut antea nusquam Scriptura meminerit, qui & unde fuerit progenitus, repente enim ipse introducit in Scriptura sine ulla generatione. Dixit Elia propheta, 3. Reg. 17. n. 1.

Et si per hos capillos intelligantur omnes Religiosi tamen valde particulariter, ac insigniter Carmelitae cum suo magno Parente Elia, qui erat de habitatoribus galaad, qui & pellibus caprinis induebatur, qui subito sic apparuit, ac si antea non fuisset, quod nulli alteri patriarcharum tam apte conveniri potest.

Quarto probatur ex Rechabitis, qui floruerunt anno mundi 3159. & ante Christum 894. de quibus loquitur late Jeremias c. 3. n. 6. sic dicti sunt a patre Rech b, cuius nili' jonadab instructus est in vita Monastica b elisao, ut tradunt Joannes Jerosolymit D. Hieronym. Joannes de Molinis, quos citavi, & de his late egi Opuscul. 3. resol. 3. q. 3. per totum.

Quinto probatur ex Essenis, quorum vita monastica magna cum observantia, ac votis obedientiae, paupertatis, ac castitatis maxime laudabilis fuit apud Sanctos Patres, & Authores antiquos eis contemporaneos, Joseph de antiquitate, Philonem Cedrenum, & alios eorum exordium incipit anno mundi 3545. ante Christum 508 extiterunt soboles ac progenies Rechabitarum sub disciplina Eliae, ut docent D. Nilus Cedrenus, Villalpandus, Salianus, Cornelius, & dicuntur Esseni corrupto vocabulo, cum dicendi fuissent Eliseni, ut tenent Henriquez, Thomas de Jesu, Franciscus Lucas, quos citavi citato Opusculo 3. resol. 3. quaest. 4. per totum.

Et certissimum est hos Essenos tempore Christi ac Apostolorum extitisse, ut referunt Authores antiquissimi Joseph lib. 1. de bello cap. 3. & lib. 13. Antiquit. cap. 18. Philo lib. Quod omnis probus sit liber, & lib. de vita Contemplativa multique gravissimi Authores affirmant Joannem Baptistam, Jacobum Minorem, Simonem Cananensem, Judam Thaddeum, & Bartholomaeum Natanaelem fuisse Essenos, imo Boulducus, & Setarius defendere contendunt Christum D. Essenum institutum amplextatum fuisse. Hac tamen sententia nullo modo mihi placet, & omnis rejicienda est. Dicendum existimo

165.

Cant. 4.

Cant. 6.

Nyssen.
Rupert.
Gilbert.

3. Reg. 17.

166.

Propriis-
sime locus
de Car-
melitis.

167.

Jerem. 31
Rechabitis
ab Elia.

Joan.
Jerosol.
D. Hier.

168.

Esseni ab
Elia.

Joseph.
Philo.
Cedren.

169.

Joseph.
Philo.
Boulduc.
Esseni
perdurant
usque ad
Christum.
Lezana.

existimo, quod Christus D. conservatus est, cum Essenis, eosque docuit, ac illuminavit in magnis mysteriis de eis aliquos elegit Apostolos, ut patet ex dictis de quo agit M. Lezana tom. 1. Annal. Apparat. 8. n. 8. & 9.

170. pro hac veritate comprobanda aliqua Sacra Scriptura loca adducunt, pro illa stant multi, & graves Doctores Aegidius Camartus Generalis minimorum in libro Eliae Theobites cap. 5. sect. 10. scribens quomodo Eliae discipuli perseverabant in ejus doctrina, subdit, Donec ad Christi discipulos, atque Evangelicam doctrinam confluxerunt. M. Joannes Carthag. t. 4. lib. 17. homil. 2. object. 10. ait. Sine dubio Joannes degit in deserto inter filios Prophetarum, uno dictos Essenos, qui Monasticam Eliae disciplinam proferebantur. Ex sacra societate Jesu quatuor doctissimi Viri, magnus Salianus statim referendos, Antonius Fernand. in visio. 6. veteris Testamenti vers. 9. n. 8. vilion. 6. Spiritus vero Eliae continuata serie in deserto per homines religiosi vita denique in Joannem transmissus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum parentem Alphonus Flores in cap. 24. Ecclesiast. n. 1682. Josephus Andreas Decore Carmeli. 3. & omitto in hac re omnes Authores nostrae religionis.

171. Ultimo in hac re coronidem imponat Prophecia magno Parentis Eliae quam refert Magnus Salianus tom. 4. anno Mundi 3159. n. 14. qui antequam abiret in Caelum multa documenta dixit discipulis suis, & inter cetera ait illis, Credo ut non deficiat in vobis posterisque vestris observationis sancta propostum, donec veniat is, qui est expectatio gentium. Illius mellis sacro sanctam faciem videamus, cujus eximii vultus splendor vos illuminabit & in magnos, ac uberes fructus germinabit.

Salon.
Anton.
Fern.

172.

Laurent.
Veneta.
Lezana.
Vuraltel.
Joseph.
Andreas.

173.

Joan. Je-
rosol.

vindicat. sect. 5. art. 1. §. 7. In secunda Concione ait d. Petrus veluti conversus ad filios Eliae tanquam exhortans eos, ibi, Vos estis filii Prophetarum c. 3. n. 25. Vuraltel. Alioquin puos, quod in universa Scriptura non reperies ubi vocabulo filiorum Prophetarum totus ipse intelligatur populus, vel non ipsa post-
vitas Sanctorum Eliae, ac Elisai. Quod confirmatur ex his, quae dicuntur Actor. 11. n. 27. In his autem diebus supervenerunt ab Jerosolymis Propheta Antiochiam. Apud Hebraeos Propheta non solum significabant eos, qui futura praedicebant, sed etiam Viros pios, & probos, qui docebant, & praedicabant. Isti autem in Lege gratiae dicuntur Apostoli Discipuli, Magistri, doctores, Praedicatores. Illi autem dicuntur prophetae ex nomine antiquo, quia erant ex Schola, & Ordine Prophetarum Eliae, & Elisai.

Ex praefatis verbis optime deducitur, quod filii Eliae fuerint Coadjutores Apostolorum in praedicatione Evangelica, nam dicitur, Viri Prophetae supervenerunt Antiochiam, nempe ex Ordine Prophetico ad praedicandum sic aperie asserit Josephus Antiochenus statim in hac quaestione referendus, idem affirmat Eusebius Caesariensis, etiam hic illico citandus, & Sigisbertus in Histor. Jerosolymitana, Joachinus Abbas in Concordia novi, & Veteris Testamenti, ut habetur apud RR. Espin. in epistol. praevia ad Consulta n. 72. Harmachanus hiberniae Primas apud Vvaldens. tom. 3. tit. 9. c. 89. P. Antonius de Quintanadueñas in libro Sanctorum Imperialis Ecclesiae Toletanae, & Joannes Bonifacius lib. 2. de historia Virg. cap. 1. doctor Josephus Andreas decore 46. omnes nostri Magistri Joannes Jerosolym. Coria, Lezana, Vineca Carmeli, D. Franciscus Bonae Spei, quod confirmant etiam ex aliis Actorum locis cap. 15. n. 32. Judas autem & Syllas, & ipsi cum essent Prophetae verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmaverunt, & cap. 13. n. 1. Erant autem in Ecclesia, qua erat Antiochia Prophetae, & Doctores. Dicuntur autem Prophetae, non quia prophetarent in Ecclesia primitiva, sed quia erant ex ordine Prophetico ad distinctionem aliorum, qui non erant ex tali Ordine quod maxime confirmatur in limine sequentis quaestio in primo saeculo.

174. Elia, Elia Condju-
tores A-
postolo-
rum
Joseph.
Antioch.
Euseb.
Caesar.
Sigisb.
Joach.
Espinol.
Harmach.
Vvald.
Quintana-
duenad.
Joseph.
Andr.
Coria.
Lezana.
Franc.
Bonae
Spei.
Act. 13.

QUAESTIO VIII.
Ostenditur continuata series Carmelitarum absque ulla interruptione a tempore Christi que ad praesens.

UT clarius, & evidentiarius rem ostendam, per singula saecula sigillatim procedam, brevitatibus tamen gratia unum, vel alterum apponam Virum ex magnis, & gravissimis Authoribus, & fere alienis.

Primo saeculo seu tempore Apostolorum floruerunt in Carmelo S. Enoch de quo minime est dubitandum, cum id expriment Summi Pontifices in suis Bullis Sixtus IV. Julius II. Gregorius XIII. & Sanctorum Prophetarum Eliae, Elisai, & noeh, nec aliorum Sanctorum Patrum, qui montem sanctum Carmeli inhabitaverunt successionem hereditariam tenentes, & praeter Pontifices id ipsum affirmant Luitprandus, Eusebius Caesariensis statim citandi.

Agabus, de quo fit mentio Actor. 11. n. 27. 28 dicitur, In his autem diebus pervenerunt ab Jerosolymis prophetae Antiochiam, & surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum samam magnam.

Vuraltel.
Actor. 3.

Act. 11.

174.

Joseph.
Antioch.
Euseb.
Caesar.
Sigisb.
Joach.
Espinol.
Harmach.
Vvald.
Quintana-
duenad.
Joseph.
Andr.
Coria.
Lezana.
Franc.
Bonae
Spei.
Act. 13.

175.

Sixt. IV.

Julius II

Gregor.

XIII.

Luitpr.

Euseb.

176.

Act. 11.

Euseb. *gnam.* Fuisse autem ex Carmelitana familia constat ex Luitprando, & constat ex Eusebio Casariense lib. 2. Historiar. Ecclesiast. cap. 3. postquam dixit apud Antiochiam florentissima congregata Ecclesia, in qua erant etiam Prophetici Ordinis quamplurimi, & post pauca subdit, *Agabus unus ex eis.* Id etiam constat primo ex testimonio S. Paginae apud Carthagenam tom. 4. homiliar ex Dorlando in vita S. Annae c. 6. ex honophrio, & aliis Sanctus Enoch supracitatus, & S. Agabus comites fuerunt cum d. Mar. o in Aegyptum ad praedicationem Evangelicam, ubi D. Enoch. martyrio est coronatus, Agabus rediit Ierolysiam, & in Monte Carmelo sanctissime mortuus est, ut tradunt idem Authores.

177. Thom. *S. Elpidius,* de quo sic scribit Thomas Thamy de Vargas Regis Catholici Historicus antiquitatis magnus indagator in sua Bibliotheca n. 101. ex fragmentis Luitprandi sic ait, *S. Elpidius, quem S. Jacobus praefecit Toletanis primum Pontificem Carmelita monachus fuit & in prima Petri concione conversus ad fidem, puta Novi Testamenti cum factis multis venit in Hispaniam, & postea subdit* 171. *magna pars eorum, qui dispersi sunt in persecutione Sancti Stephani, & ad varias partes transierant, & ad Hispaniam plurimi venerunt, & erant ex Monachis Montis-Carmeli praedicationibus Christi, & Apostolorum, ad fidem conversi, in quibus Elpidius, & socii Pontifices a S. Jacobo creati, & postea martyres effecti.* Cum his consonant Sigibertus, comblacensis in Historia Ierolysimitana, Julius Perez Archyepiscopus S. Justae Toletanae tract. de Eremitis n. 15. Haec dixi ut videas quanto fundamento, ac veritate dicitur, quod Carmelita fuerunt Coadjutores Apostolorum in praedicatione Evangelica.

178. Joseph. Antioch. *Secundo saeculo anno Christi 130. Josephus Antiochenus lib. Speculum perfectae militiae, & Ecclesiae primitivae sic scribit: Perfectorum militum Christi Apostolorum Coadjutores surrexerunt strenuissimi Viri Solitarii contemplationi dediti. Sanctorum Eliae & Elisei imitatores, qui de Monte-Carmelo descendentes per Galilaeam, Samariam, & Palaestinam in fide Christi constantissime sparserunt, quique in Virginis Mariae honorem in Montis-Carmeli delectivo fabricaverunt Oratorium Salvatoris Matri specialissime servierunt.* De cujus tanti Scriptoris eminenti auctoritate ex gravissimis Authoribus multa avertit Lezana tom. 1. Annal. cap. 6. n. 2.

Lezana. 179. Euseb. *Tertio saeculo anno Christi 320. Praeclarissimus Author, & magna nota Eusebius Casariensis lib. 2. Historiae Ecclesiasticae cap. 8. in quo videtur de filiis Prophetarum multa agere, ac tandem subdit, Apud Antiochiam florentissima congregatio Ecclesiae, in qua erant etiam Prophetici Ordinis Viri quam plurimi.* In hoc saeculo vixit S. Spiridon. Carmelita ut testatur Rufinus Histor. Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. & alii multi, & ad firmendam hanc veritatem sat est Divinum Officium, quod in festo S. Spiridonis die 14. celebratur ita in Collecta dicitur, *Sancti Spiridonis Confessoris tui, & Pontificis nos Domine festa tueantur, & sicut ille Religionis a Propheta via instituit, & fuit fidelis imitator &c.* Adfuit in Concilio Nissano, quod celebratum fuit anno Christi 320. in quo etiam adfuit S. Serapion, ac multi alii ex Ordine Carmelitano, ut ex multis gravibus authoribus probat M. Lezana tom. 2. Annal. ad praedictum annum 325. n. 23. & 24.

Lezana. 180. *Quarto saeculo anno Christi 409. & hac aetate floruit ille magnus, ac praecellens Author Joannes Ierolysimitanus quadagesimus quartus An-*

tistes, & scripsit librum de statu Monachorum, in quo toto agitur de statu Monachorum Carmelitarum, & pro defensione libri late scribunt M. Lezana tom. 1. Annal. in apparatu cap. 9. & M. Franciscus Bonae Spei in libro de visione Eliae ad finem.

In hoc saeculo anno 460 magna persecutio exorta est a Mauris contra Carmelitas, ex quibus multi martyrio coronati sunt, & quia Maurorum Satripe albis induebantur vestibus, coegerunt, ut Carmelita pallio barrato, seu variis coloribus uterentur Ita D. Cyrillus de processu Ordinis c. 2.

Quinto saeculo anno Christi 578 venit renovatio antiqui Monasterii Carmelitarum facta a Reicarendo Principe, ut refert insignis chronologicus Urbis Toletanae Julianus Perez Archyepiscopus Sanctae Julianae tract. de Eremitis n. 15. ex antiquissimo exemplari sic habet, *Toleti in suburbio S. Mariae de Alfo a temporibus antiquissimis templum Toleranorum, quo venerunt olim Monachi Carmelita.* Idem habet Petrus Sanctus S. Ecclesiae Toletanae Portionarius in sua Historia ad annum 719. Agidius Gelenus Canonicus Historiologus lib. 3. Syntag. 43. § 1. & multi alii.

Sexto saeculo ad hoc saeculum pertinet id, quod D. Ildephonus de Flores ad cap. 24. Ecclesiastici n. 1683. quod Hispani quod Urbs exactis praeibus ad Christianos rediit, dum novo substruendo edificio alta effoderentur fundamenta, inter egerenda rudera, extrahendas parietinas, Marmoream inventam fuisse statuum Monachi Carmelita. Omnium sententia eo loco Gothorum Imperio occultam, testis est Morgadus lib. 5. de Historia Hispaniensi cap. 13. Tempus autem Gothorum, & perditio Hispaniae juxta probabilior sententiam sequitur D. Bernardus de Britto 2. p. Monach. Lusitaniae lib. 7. cap. 2. contigit anno Christi 713. proinde illa imago fuit elaborata ad minimum anno 600.

Septimo saeculo anno Christi 707. fuit fundatus, ac edificatus Conventus Carmelitarum Senensis, ut constat ex multis instrumentis authenticis antiquissimis, & ex monumentis in lapidibus exaratis, instrumenta authentica habentur in Transpontia, copiam instrumenti authenticissimi cum illius reedificatione avertit M. Lezana tom. 3. Annal. ad annum 796. n. 8.

Octavo saeculo Stephanus V. anno 816. concessit multas indulgentias visitantibus Ecclesias Fratrum Ordinis Beatissimae Virginis de Monte-Carmelo. Similiter Leo IV. anno 847. Adrian. II. anno 868.

Nono saeculo Sergius II. anno 907. concessit multas indulgentias visitantibus Ecclesias Carmelitarum Joannes X. anno 913. & Joannes XI. anno 931.

Decimo saeculo Alexander II. anno Christi 1061. multas concessit indulgentias visitantibus Ecclesiis Fratrum Ordinis Beatissimae Virginis de Monte-Carmelo, quae omnes concessionem referuntur in diplomatibus authenticis Sixti IV. gregorii XII. & Clementis X.

Undecimo saeculo Concilium Lugdunense Lugduni celebratum die 7. Maii anno Christi 1274. sub Gregorio X. expresse facit mentionem de Carmelitanis, ait enim, *Ceterum Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum, quorum institutio, dictum Concilium generale (scilicet Lateranense) praecessit in solido statu volumus permanere.*

Et deinceps non solum per singula saecula, sed per singulos annos multa magna, & mirabilia in Ordine Carmelitano contigerunt, & Summi Pontifices magnis favoribus illustrant, quae valde praevia sunt omnibus, & ad me non pertinet ea referre

Lezana. Bonae Spei.
D. Cyril.
181.
Julian. Perez.
Petrus Sanct.
Gelenus.
182.
183.
Convent. Senens.
184.
Steph. V. Leo IV.
185.
Serg. II. Joan. X. Joan. XI.
186.
187.
188.

ferre, sicut & in superioribus saeculis ex multis dicendis in unoquoque unum, vel alterum retuli, ut altius rem explicarem, & facillius memoria recineretur.

QUESTIO. IX.

Ostenditur regula Alberti valde sublimis, & perfecta.

189. *DE* quibusdam contumeliosis ait Regius Vates ps. 72. n. 9. *Posuerunt in Caelum os suum, & lingua eorum transiit in terram. In caelum nempe posuerunt os suum.* Explicat Lorinus denotans per contemptum, nempe in Sanctos Dei, in quibus Deus inhabitat. 2. Corinth. 6. n. 16. *Et lingua eorum transiit in terram, nempe in homines habitantes in terra, sunt aliqui ita insensu nostrae Sacrae Religionis, ut nos calumniant, & etiam in praecellissimos nostros Sanctos cum Christo regnantes invectantur, eisque non parcant.*

190. *Dicuntque regulam, quam nobis tradidit S. Albertus Patriarcha Ierolysimitanus Legatus Sedis Apostolicae esse brevem, imperfectam & minuatam, nihilque in ea agitur de subordinatione Praelatorum, nihil de regimine, nihil de studio, nihil de Choro. Sanctissimi Patriarchae Religionum in suis regulis tradendis fecerunt verbum abbreviatum, ut se habuerunt D. August. D. Basil. D. Benedictus, D. Ignatius, cujus regula tot ferè capita habet, ac regula Alberti, & nunquam quod caput tres, vel quatuor regulas habet, & postea in unaquaque religione prodierunt constitutiones, Statuta, decreta, & quotidie in Capitulis generalibus creantur prout occasio, ac tempus postulavit.*

191. *Ad quod dicitur, quod in regula nihil de regimine monialium, nihil de studio, ac cantu habetur. S. Albertus audebat Eremitis ut expresse dicitur in prologo Regulae. Albertus Dei gratia Ierolysimitana Ecclesiae vocatus Patriarcha dilectis filiis Brocardo, & ceteris fratribus Eremitis, qui sub ejus obedientia vivunt. Eremitae, qui vivunt in deserto, ac solitudine separati à saecularibus, & totum eorum studium est meditatio, ac contemplatio Divinorum, quid illis cum monialibus, cum studio eorum cantico, & etiam de his nihil agunt in suis regulis, Anton. v. Hilarion. v. Basilus, v. Benedictus D. August. ergo omnes istae regulae sunt imperfectae, nullus hoc dicitur imò ad haec omnia datur potestas Priori generali in regula, ut statim explicabo.*

192. *Id autem, quod dicitur nihil est in regula de subordinatione Praelatorum, hoc autem nullo modo potest dici; nam de priori dicitur ca. 6. de arbitrio, ac dispositione ipsius postmodum quae agenda sunt cuncta procedant scilicet, quae fuerint convenientia ad bonum regimen religionis, sicut ex eo, quod Christus D. dixit Petro, ejusque successoribus, *Pasce oves meas,* Joan. 21. n. 17. dedit eis amplam potestatem ad regendam, & gubernandam Ecclesiam in omnibus, quae fuerint convenientia, & necessaria, & ad faciendam subordinationem Praelatorum ad creandos Legatos, Cardinales, Patriarchas, Episcopos, &c. ut late probat Sebastianus Caesar de hierarchia Ecclesiastica contra haereticos q. 1. proo. emiali prout tempora, & occasiones postulant.*

193. *Sic etiam cum in regula datur potestas priori, ut de arbitrio ipsius cuncta procedant, datur ei facultas*

ad omnia, quae fuerint necessaria, & convenientia ad pascendas suas oves; ut ad subordinationem praelatorum, & etiam studium, & Moniales & Legillatores in suis legibus numquam poterunt comprehendere omnes casus futuros, & ideo nostrae ordinationes Regni Portugalliae, quae fuerunt dispositae, & ordinatae à viris doctissimis, juris peritis Ita habent lib. 3. titul. 64. *Si aliqui contigerint casus de quibus in Ordinationibus non disponitur, tunc observentur leges Canonicae, & Imperiales, & si in his adhuc non fuerint, teneantur Glossa Acurri, deinde decisiones Bartoli, ac id quod magis accedit ad communem praxim, quam doctrinam communiter tenent omnes jurisperiti Gregor. & Zedvedus, Valascus, Caldas, Perez, Gratianus, & alii multi quos citat Emanuel Barbosa in Decisionibus ad Ordinationes citato loco fol. 42. r. & ideo in Religionibus in Capitulis Generalibus fiunt passim nova decreta, & statuta prout occasiones temporis postulant, ut jam notavit D. Basil. in Regulis Brevioribus q. 48. & est secundum jus commune ut tenent Navarrus in cap. Nullam. 18. q. 2. n. 10. & 15. Bellar. tom. 1. tract. de Romano Pontif. post initium Thom. de Jesu super Regul. Carmeli cap. 1. Glossa. 1.*

Id autem, quod dicitur ab Adversariis nihil de Choro, hoc nullo modo potest dici; nam expresse dicitur in Regul. cap. 10. *Oratorium constituatur in medio Cellularum.* cap. 8. dicitur, *Hi qui cum Clericis horas Canonicas dicere norunt, eas dicant.* Quod dicitur Oratorium, vel Chorus quæstio est de nomine, & hoc est, quod ait D. August. *Novis nominibus, res autem ipsae ante nomina sua erant.* Et forte antiquitus quod dicitur Chorus Oratorium vocabatur, & patet ex Breviario die 9. novembris in Dedicatione Basilicae Salvatoris in quarta Lectione, ubi dicitur; *Nam est jam ab Apostolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quae à quibusdam Oratoria ab aliis Ecclesia dicebantur.*

Quam autem perfectissima, ac sublimis sit regula Alberti, considerat multum in ea abstinentia carnium per totam vitam, à carnibus abstinebis. c. 13. In ea multum jejunii per septem menses à festo Exaltationis S. Crucis usque ad diem Dominicæ Resurrectionis cap. 12. In ea multum de oratione, ac meditatione *In lege Domini meditates die, ac nocte.* cap. 7. & ut notant Thomas à Jesu & M. Lezana ibi n. 78. In nulla alia regula tam continue, ac strictè commendatur Oratio, ac meditatio, ut in hac regula multum in ea de omnimoda separatione, à conversatione, negotio, ac contractu cum saecularibus cap. 7. *Maneant singuli in Cellularis suis die, ac nocte in lege Domini meditates.* In ea multum de recitandis Horis Canonicis secundum institutionem Sanctorum. cap. 8. tam quo ad Breviarium tam quoad tempus diei, & noctis per varias stationes; & hoc est quoad eos, qui Horas Canonicas dicere norunt, quo vero ad laicos etiam horas Canonicas per multiplicatas vices Pater noster mandatur.

Multum in ea de non habendo proprio cap. 9. *Nullus aliquid sibi proprium dicat, sed sint vobis omnia communia,* ut erat in primitiva Ecclesia, & Apostolica, Act. 5. *Nullus aliquid sibi esse proprium dicat.* In ea multum de communi refectioe in refectorio, extra quod, ut tenet Joannes à Jesu non licebat aliquid manducare, multum de humilitate ac reverentia erga praelatos, ac de omnibus virtutibus in particulari, Pro clausula hujus, & magne praereminentiae istius

Gravida cum consilio.
Ordinatio Portugalliae.
Legilla. cor non comprehendit omnes casus.
D. Basil. Navarr. Thom. de Jesu.
194.
Chorus expressus in Regula.
195.
Ex multis ostenditur regula Alberti perfectissima.
Thom. à Jesu Lezana.
Act. 5.
Joan. à Jesu.
197.